



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 46. Arcimboldus ad prædicandas Indulgentias ad Septentrionalia Regna missus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

cellini, & Petri; Sixtus Gara de Ruve- Sæcul. XVI.  
re Luccensis, Julii II. Papæ Nepos, Car. A.C. 1517.  
dinalis tit. S. Petri ad Vincula, pri-  
mo Luccæ, & Patavii Episcopus, de-  
mum S. R. Ecclesiæ Pro-Cancellarius.

§. XLVI.

*Arcimboldus ad prædicandas Indul-  
gentias ad Septentrionalia Re-  
gna missus.*

Interim Septentrionis Regna indulgen-  
tiarum occasione non minoribus quam  
Germania, agitabantur tumultibus; il-  
luc a Leone X. decernebatur Angelus Ar-  
cimboldus, ut in Septentrione Legati A-  
postolici munere insignitus easdem pro-  
mulgaret. Hic autem potestatis suæ li-  
mites excedens, variis modis in Dania  
ingentem pecuniarum summam collegit.  
Inde vero in Sueciam delatus, a Regni  
Administratore Apostolicas itidem lite-  
ras promulgandi facultatem obtinuit, at-  
que eo jure usus immensam propemodum  
auri vim congescit: Nec hæc sola erat  
Arcimboldi cura, nam suam quoque na-  
vabat operam, ut Upsalensem Archie-  
piscopum in Administratoris gratiam re-  
vocaret; nec tamen valuit successus; quip-  
pe Administrator Arcimboldo validas om-  
nino exposuit rationes, ob quas Archie-  
piscopi fidem merito sibi suspectam ha-  
beret;

Sæcul. XVI. beret; hunc enim secreta cum Christier.  
A.C. 1517. no II. Daniæ Rege foedera sanxisse aje-  
bat. His intellectis Arcimboldus Archi-  
episcopi reconciliationem urgere destitit.  
Cum etiam Christiernus hostilem in mo-  
dum Regnum invadere aggredetur,  
Administrator instructis adversus Archie-  
piscopum judicii actis, eundem motæ con-  
spiracy accusatum coram Regni Ordi-  
nibus comparere jussit, a quibus tanquam  
rebellium Coriphæus declaratur, atque  
ab Administratore comprehendi jubetur.  
Datum, acceptumque negotium, hinc illico  
Stecca arce a militibus cincta, ipse ca-  
ptus Stockholmiam abducitur, ubi Sena-  
tus discussis accusationis capitibus in eum  
sententiam tulit, ut Archiepiscopatu abi-  
ret, atque in monasterium secederet,  
ibidem delicti sui poenas daturus.

## §. XLVII.

*Bulla Leonis Papæ adversus Suecæ  
Administratorem.*

Postmodum Stecca arx solo æquata est,  
Archiepiscopus vero in pleno Sena-  
torum confessu dignitatis suæ abdicatio-  
nem postulans Romam quosdam ablega-  
vit, qui ejus nomine de illata ipsi violen-  
tia quererentur. Pontifex Archiepiscopi  
querelis permotus, Arcimboldo nego-  
tium dedit, ut in Sueciam rediret, at-  
que